



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque  
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XLII. Romana domus. De caducitate ob canones non solutos, &  
causis illam excusantibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74102)

**R O M A N A**  
**D O M V S**  
**D E**  
**B O N J O A N N I S**  
**P R O**  
**J O A N N E T R O V I O**  
**E T**  
**I S A B E L L A D E A P O L L O N I S**  
**C U M**  
**B O N J O A N N I S.**

*Casus varie decisus per Rotam.*

De caducitate ob canones non solutos,  
& causis illam excusantibus.

S V M M B R I V M.

- 1 **F**acti series.
- 2 **A**pnea caducitatis qualibet causa excausa.
- 3 Enumerantur causa excusationem indiscentes.
- 4 Ad effectum devolutionis ari de necessitate consta-re debat de investitura per scriptaram.
- 5 Pauperitas excusat.
- 6 Item si fructus ex re non percipiat.

D I S C. XLII.


**D**IVERSIS dictos Joannem & Isabellam conjuges possessores domus emphyteuticae, dicti de Bonjannis domini die*decisi* pra-  
via decisione edita sub die 10.  
Marii 1652 coram *Vero*spio  
sententiam Rotalem obtinuerunt super devolutio-  
ne ob canones non solutos ad formam juris & paci,  
unde in gradu appellatio*nis* in codice Tribunali  
coram *Bevilacqua* assumptis ad causa defensionem,  
injustam, etiam cum ieiuna veritate, dicebam senten-  
tiām prædictam, id est que saltem ex novitatē deduc-  
tis revocandam, pro*sab die Janii 1661*, pro-  
diit resolutio super dicta sententiā informatione,  
& quidem cum iustitia fundamento, recepta enim  
propositio est, præterim hoc Tribunali, quod ab hac  
obdibili & penali caducitatis specie qualibet  
causa, et si levius, vel iusta probabilitate iusta op-  
inata, ita tamen ut non sit opinatio omniō crassa  
& effectata, sive impedimentum pariter non affec-  
ctatum, excusat, ut post antiquiores ab eis alle-  
gatos Corbul. de cans. prius limu. 17. num. 2. Fulgin.  
tit. de solut. canon. quest. 4. ex numer. 257. Rot. decisi.  
161. numer. 3. par. 1. rec. dec. 119. numer. 12. & 15.  
p. 9. Romana devolutionis domorum 3. Janii 1652. co-  
ram *Vero*spio, & in aliis frequenter, ac etiam ad-  
mittitur in dicta contraria decisione coram *Vero*-  
spio, in qua tamen negatur applicatio ad factum

ob non benè probata impedimenta seu causas excusationis, ita ut resolutio potius ex facto quam ex jure prodierit.

In facto autem melius dilucidato pleraque concurrebant impedimenta, seu justæ causa excusationis, quorum unum sufficere videbatur, multò magis intimul unita. Primum nempe quia acto-ris caducitatem intentantes, usque ad tempus dictæ disputationis coram *Vero*spio proximum, eorum dominiū non justificabant, nisi per plures recognitiōes ac laudemiorum solutiones, non autem per investituram, qua utique parti ignora; post diu litem agitata, reperta fuit talis qualitatis, quod satis probable dubium haberet, an esset nec ne in forma probanti, unde propter ea hanc solam causam dicebam omnino sufficientem & nullam quoniam juxta præfertim opinionem, quam eadem Rota firmaverat in plerisque resolutionibus, & præcipue in mediolanen. devolutionis domus coram *Meltio*, de qua causa hoc zod. iiii. disc. 37. ad effectum devolutionis, præterea penalis, non sufficiunt administrula resultanta ex recognitionibus, laudemis, & similibus, sed requiritur investitura, sine qua aitūs prædicti referri possunt, & potius ad perpetuam locationem vel censem, unde quicquid sit de hujus assumpti veritate, de qua in dicta Mediolanen. negari non posse dicebam, hanc præten-  
tionem seu opinionem, quam possessores ignati de investitura habere potuerunt, sufficere ad illos ab hujusmodi peccatis excusandos, ut ponderar Fulgin. dicta qnast. 1. de solut. canon. numer. 35. ubi quod possessor incertitudo de titulo, cuius vigore possidet, reputatur iusta excusationis causa.

Nil obstante quod nunc de investitura appareat, Tum quia ipsamer. incertitudo ejus formæ probantis adhuc sufficere videretur. Tum etiam quia investitura nuper lite pendente reperta, suffragari quidem posset ad substantiam intentatam devolutionem ex capite linea finita, non autem ad alteram penalem ob canones non solitos, seu ob alienationem, aliudque simile sapientis delictum, & contraventionem, quia certitudo qualitatis in emphyteuta percutere debet tempus delicti, a quo proinde receperunt est, iusta & probabilem ignorantiam excusat, ut est in haeredibus & similibus.

Alia concurrebat iusta excusationis causa re-sultans ex nimia possessor paupertate, quam in proposito sufficere firmant *Speculari* iii. de locato §. nanc autem qnast. 29. vers. considero Bald. in l. querelam de iure curian. Fulgin. d. qu. 1. num. 379. Ca-  
valer. dec. 94. num. 5. dicta deci. 119. num. 14. par. 9. recent. & admittitur in dicta prima contraria deci-  
lio*coram Vero*spio, negando solum applicatio-  
ne ob non probatum paupertatem de ipso tem-  
pore defectæ solutionis, quod probatio percutere  
debet, quia in hac disputatione cum novis probatio-  
nibus concludentilime justificabatur, possesso-  
rem scilicet de tempore defectæ solutionis adeo gra-  
vi ære alieno opprimum esse, quod diu latitare  
coactus tandem in Hospitali obierit, cum tamen  
solum gravamen æris alieni & familiæ aliquæ tanta  
oppressione sufficere firmatum sit dicta deci. 119.  
par. 9. recentior.

Concurrebat item alia iusta excusationis causa, ex eo quod de tempore solutionis, possessor nullus fructus ex domo percipiebat, stante quod eam conducebam habebat quidam Magnates difficilis coactionis, qui ab infortunis oppressus, nec penitentes domorum, nec alia debita sibi reponuit

per aliquod tempus, qui exactionis defectus non poterat possessoris culpe adscribi.

Impeditum autem ne fructus percipiat excusari à caducitate ob non solutos canones habetur in alia Romana domu Collegii Neophitorum hoc ist. disc. p. 3. & in decisione in ea causa edita 13. Januarii 1662. coram Albergato, ubi concordantes, quæ omnia insimul ponderata rem in claris ponere videbantur, considerando potissimum, quod ubi clare non constat, non solutionem proveniente experidia possessoris negando dominium, raro datur casus hujusmodi caducitatis, cum in omnem casum intret purgatio mora cum canonum oblatione de canonica æquitate passim admissa, & credo quod actores acieverint, dum amplius de causa actu non audiri.

solutionem canonum, quoniam qui non habet rei commodum, non debet ejusdem incommodum, vel onus subire, ut post Corbul. Clar. & alios Mantic. de tacit. lib. 22. tis. 27. n. 44 & 48. Fulgin. de emphyte. cit. de solue. canon. q. 1. n. 28. & 283.

Quod procedit etiam, si facto Principis, vel alio casu res pereat, seu alias inutilis reddatur, ut in punto situs rei emphyteutica, qui efficiatur via publica, Mantic. de tacit. lib. 2. tis. 24. n. 18. & Fulgin. d. tis. de solue. canon. q. 1. num. 93. vers. convenit autem, quod certum est, ubi rotas perit, secus autem si in parte, cum tunc intret distinctio, an agatur de modico canone in solam recognitionem dominii, vel de magno ad correspondentiam fructuum & utilitatis juxta opinionem adhibeatum dictam distinctionem adhuc controversiam ex deductis per Surd. & adden. dec. 198. & latè Capo. Lat. dec. 19. ubi de hoc articulo.

Multò magis absque dubio id recipiendum dicebam in proposita facti specie, in qua non agebatur de ipso emphyteuta, qui concessionem recipiendo, se & suos ad ejus observantiam obligasset, ita ut dici valeat, aleam seu futurum casum in se suscepisse, sed agebatur de tertio, in quem ex facto emphyteuta, seu conductoris rei commodum, seu utilitas transierat, ita ut erga dominum nullam contraxerit personalem obligationem, sed tantum causativam, seu occasionalem, eatenus durabilem, 4 quatenus duret rei possessio, que est causa obligationis postmodum cessantis, tanquam ex cessante causa, quoties cessatio non est mere culposa, Tiraquell. cessant. caus. par. 1. num. 224. Rot. dec. 428. n. 1. cum sequent. par. 1. secundum Bonon. census 4. Februario 1654. coram Melsio plenè Amat. alios cumulans variar. refol. cap. 21. n. 1. cum seqq.

Et quamvis Mangil. in tract. de evict. qn. 123. num. 27. dicat, emphyteutam non obstante rei evictione, teneri ad canonum solutionem, in qua autoritate, juxta modernum abusum, actor se fundabat, & judex magnam faciebat difficultatem, Repli-cabam tamen, quod quidquid Mangil. dicat, non versabamur in ejus casu, cum loquatur de emphyteuta, qualis non erat reus conventus, sed simplex tertius possessor, & consequenter debitor occasionalis, ut supra.

Et nihilominus subjungebam, etiam respectu emphyteutæ, quoties evictio ejus culpe adscribi non possit, atque non agatur de evictione in parte, sed in toto, tale assumptum, upotest, ratione & autoritate destitutum, nullam penitus habere substantiam, cum difficultas solum eadat sequuta evictione, seu peremptione in parte, ut supra, ita ut non videatur quo spiritu Mangil. id asserturit, cum solum ad propositum alleget Bald. in l. 2. nn. 14. Cod. ubi in rem actio, & in l. officium nn. 3, ff. de rei vendic. ubi hoc neque somniat, sed solum dicit quod expulsio coloni non prejudicat domino non citato, ita ut iste non dicatur definire possidere, neque proprietatem impediatur rem suam à quocumque vindicare, non inde tamen inferri potest, quod emphyteuta vel conductor, cui res absque propria culpa evicta est, pro tempore quo non possidet, urgari valeat ad solvendos canones, seu pensiones correspondivas ad fructum, seu utilitatem, quæ ex ipsa re percipitur, cum id nullum juris, vel rationis fundamen-

tum habeat, nisi ubi peremptio, seu

evictio esset in parte cum

distinctione,

ut supra

I. 3

TUS.

## ROMANA LOCATIONIS PRO COMITE FABIO CARANDINO CUM DOMINO DIRECTO

Casus resolutus per A.C. pro Carandino.

An emphyteuta non possidens rem emphyteuticam teneatur domino ad canones seu pensiones, & quando.

### S V M M A R I V M .

- 1 Casus controversia.
- 2 Non possidens rem & non percipiens frustas, non tenetur ad canones.
- 3 Quid si rei emphyteutica destruatur & fiat via publica.
- 4 Cessante causa debiti, cessati debitum.
- 5 An & quando emphyteuta non obstante rei evictione teneatur ad canones.

### D I S C . XLIII.

 ILIOLUS, qui domum in emphyteuolum, seu perpetuam locationem acceperat, illam Carandino creditor in satisfactionem partis debiti cessit, sed cum ejusdem Giloli creditores occasione Montis, cum executivo privilegio Montistarum, eadem domo spoliassem Carandinum, qui per plures annos ejus possessione privatus remanerat, atque hoc non obstante, locator seu dominus directus ipsum ad hujus temporis canones, seu pensiones decursus molestaret.

Introducta causa coram A. C. prorsus vanam dicebam hujusmodi prætensionem, justè per judicem rejectam, quia etiam ipsem principalis emphyteuta, seu conductor, si rem emphyteuticam absque proprio facto & culpa amplius non possideat, quia ab alio occupata sit, non tenetur amplius ad

Card. de Lus. de Emphyteusi. Pars II.